

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gloria mala siue uana x  
cum uariis

Dicebant apud se, si benefecerimus cum pauperibus, quis illud uidet? Et si uiderint, non multi uident; et si multi uident, pro tempore uident. Transit tempus et cum tempore beneficii memoria. Melius est ergo edifica facere que aspiciant omnis, non in hoc tempore solum, sed eciam in posterum. O insipiens, quid tibi prodest post mortem ista memoria, si ubi es torqueris, et ubi non es laudaris?

Crisostomus super Mattheum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

illud] nos P V<sup>1</sup>, non V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; et si multi uident *om.* B; beneficii] benebisii M; facere] ferre M; omnis] homines P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; post mortem *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; laudaris] lauderis C; Crisostomus super Mattheum] ibidem L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>